

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Grammatica**

**[Straßburg], [um 1495/97]**

Albus homo [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-289396](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289396)

tes 7 plato currunt. ibi conuinctio intransitiue constructur  
neq; hoc est contra regulam. quia regula intelligitur de con-  
structione conuinctionis cuz suis coniungibilibus scdm se  
et nõ per respectum ad aliud. scz ad uerbum. Qualis est ipsa.  
Congrua. Scdm quam regulam. Conuinctio copulatiua  
vel disiunctiua copulans dictiones casuales. debet copun-  
gere siles casus añ 7 post. Quanta est ipsa. Imperfecta. ut sup.

**Albus homo** Est constructio. Que uocatur ipsa  
Adiectiui cum suo substantiua.  
Que est ipsa. Intransitiua personarum. Unde hoc. Diffini-  
tione 7 regula. Quomodo diffinitione. quia ibi non fit tran-  
sicio super obliquum. et neutrum constructibile significat ac-  
tum. Quomodo regula. quia adiectiuum non partitiuum si-  
ue nominale siue pronominale siue participiale cuz suo sub-  
stantiua constructum facit constructionem intransitiuam  
personarum. Unde uersus. Adiec. cũ substas. personarum  
facit intrans. Item dicendum est de constructionibus ap-  
positiualibus. ut animal homo. Marcus tullius. Qualis  
est ipsa. Congrua. Scdm quam regulam. Omne adiectiuũ  
siue sit nominale siue pronominale siue participiale debet con-  
uenire cũ suo substantiua in genere. numero. 7 in casu. Quã-  
ta est ipsa. Imperfecta. quia imperfectum sensum denotat  
in animo auditoris.

**Iste homo** Est constructio. Que uocatur ipsa. Cõ-  
structio demonstratiui cum suo demon-  
strabili. Que est ipsa. Intransitiua personarum. Qualis est  
ipsa. Congrua. Scdm quam regulam. Demonstratiuum 7  
suum demonstrabile debent conuenire in genere numero et  
in casu. Quanta est ipsa. Imperfecta. qz imperfectum. zc.

**Sortes currit** qui mouetur. Est cõstructio. Que  
uocatur ipsa. Relatiui cum suo an-  
tecedente. Que est ipsa. Intransitiua personarum. Unde hoc  
scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione quia  
ibi non fit transitio. zc. Quomodo regula. quia relatiuũ cuz  
suo antecedente constructum facit constructionem intransi-  
tiuam personarum. Uersus. Intrans persona fit cum pre-  
cedente relatum. Qualis est ipsa. Congrua. Scdm quaz re-  
gulam. Relatiuum 7 suum antecedens debent conuenire in